

Abulen. *ur*: Quod vocat Abulensis quæst. 23. ad 4. Reg. cap. 17. Unde bene dictum est à Richardo Victorino, lib. 4. de Contempl. cap. 15. *singularis amor consortem non recipit, socium non admittit.*

19. Orans Christus D. in cœnaculo ad suum æternum Patrem, ait: *Pater, manifestavi nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo: tui erant, & mihi eos dedisti:* Joan. 17. num. 6. Manifestavi nomen tuum, non quod Deus esset quia hoc notum erat Judæis, & gentibus, sed quod Pater diceretur, ut notant D. Hilar. D. Cyrill. D. Chrysol. D. August. Theophylact. Euthym. Albert. Magn. D. Thomas, à me citati tomo 5. in Evangel. lib. 7. cap. 20. q. 7. n. 49. adeo augustum, & magnificentum est nomen Patris, ut volens ostendere Christus D. suum eximium amorem erga homines, ait, quod eis explicaverit, ac aperuerit nomen Patris. Deinde intendens Christus exhibere retributionem erga suum æternum Parentem, eo quod dederit ei omnes homines, ac omnia in

manibus, ait quod suum sacrosanctum nomen Patris mundo manifestaverit; *Tui erant, & tu mihi eos dedisti.* Tam sublime, & excelsum est nomen Patris in prima Trinitatis persona, ut nihil gloriosius dici valeat. D. Cyrillus Alexandr. lib. 11. in Joan. cap. 8. ait. *Nomen autem Patris magis ei convenit, quam nomen Dei, hoc enim dignitatis, illud substantialis significantium est proprietatis, Deum enim si dixeris, verum omnium Dominum ostendisti; Patrem vero si appellaveris, proprietatem tetigit: manifestavit igitur Christus, quia Pater filium genuit: nomen, Deus, dignitatem importat; Pater, verò nomen consubstantialitatis dicit; cum Deus, dicitur, creator omnium rerum denotatur, cum verò, Pater, nominatur, manifeste significatur, quod sibi filium æqualem; ac substantialem genuerit; augustius, & excellentius est, quod Deus genuerit filium sibi consubstantialem in eadem numero natura, quam quod univertur O bem creaverit: Manifestavit igitur Christus, quia Pater filium genuit.*

Excellentius in Deo quod habeat filium consubstantialem sibi quem quod mundum creaverit. D. Cyril.

D. Hilar. D. Cyrill. D. Chrysol. D. August. Theophyl. Euthym. Alb Mag. D. Thom.



CAPUT XIII.

**I**n illo die exiens Jesus de domo, sedebat secus mare 2. Et congregatae sunt ad eum turbae multae, ita ut in naviculam ascendens sederet: & omnis turba stabat in littore. 3. Et locutus est eis multa in parabolis dicens: Ecce exit, qui seminat seminare semen suum. 4. Et dum seminat, quaedam ceciderunt secus viam, & venerunt volucres caeli, & comederunt ea. 5. Alia autem ceciderunt in petrosa, ubi non habebant terram multam, & continuo exorta sunt, quia non habebant altitudinem terrae. 6. Sole autem orto astuaverunt: & quia non habebant radicem, aruerunt. 7. Alia autem ceciderunt in spinas: & creverunt spinæ, & suffocaverunt ea. 8. Alia autem ceciderunt in terram bonam: & dabant fructum aliud centesimum, aliud sexagesimum, aliud trigesimum centum, aliud sexaginta, aliud triginta; sic paulo post. 9. Qui habet aures audiendi, audiat. 10. Et accedentes discipuli dixerunt ei, quare in parabolis loqueris eis? 11. Qui respondens, ait illis: quia vobis datum est nosse mysteria regni caelorum, illis autem non est datum: Qui enim habet, dabitur ei, & abundavit. 12. Qui autem non habet, & quod habet auferetur ab eo. 13. Ideo in parabolis loquor eis, quia videntes non vident, audientes non audiunt, neque intelligunt. 14. Et adimpletur in eis propheta Isaia dicentis, auditu audietis, & non intelligetis, & videntes videbitis, & non videbitis. 15. Incrassatum est enim est cor populi huius, & auribus graviter audierunt, & oculos suos clauferunt: ne quando videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & convertantur, & sanem eos. 16. Vestri autem beati oculi, quia vident: & aures vestrae, quia audiunt. 17. Amen quippe dico vobis, quia multi prophetae, & iusti cupierunt videre, quae videtis, & non viderunt: & audire, quae auditis: & non audierunt. 18. Vos ergo audite parabolam seminantis. 19. Omnis, qui audit verbum regni, & non intelligit, venit malus, & rapit quod seminatum in corde ejus; hic est, qui secus viam seminatus est. 20. Qui autem super petrosa seminatus est, hic est, qui verbum audit, & continuo cum gaudio accipit illud. 21. Non habet autem in se radicem, sed est temporalis: facta autem tribulatione, & persecutione, propter verbum, continuo scandalizatur. 22. Qui autem seminatus est in spinis, hic est, qui verbum audit, & sollicitudo saeculi istius, & fallacia divitiarum suffocant verbum, & sine fructu efficitur. 23. Qui verò in terram bonam seminatus est, hic est qui audit verbum, & intelligit & fructum affert, & aliud quidem centesimum, aliud autem sexagesimum, aliud verò trigesimum. 24. Aliam parabolam proposuit illis, dicens: Simile factum est regnum caelorum homini, qui seminavit bonum semen in

in agro suo. 25. Cum autem dormirent homines, venit inimicus ejus, & superfeminavit zizania in medio tritici, & abiit. 26. Cum autem crevisset herba & fructum fecisset: tunc apparuerunt & zizania. 27. Accedentes autem servi patris, familias, dixerunt ei, Domine, nonne bonum semen seminasti in agro tuo? Unde ergo habet zizania? 28. Et ait illis, inimicus homo hoc fecit. Servi autem dixerunt ei: Vis imus, & colligimus ea? 29. Et ait: Non, ne forte colligentes zizania, eradicetis simul cum eis & triticum. 30. Sinite utraque crescere usque ad messem, & in tempore messis dicam messoribus, colligite primum zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum, triticum autem congregate in horreum meum. 31. Aliam parabolam proposuit eis, dicens: Simile est regnum caelorum grano sinapis, quod accipiens homo seminavit in agro suo. 32. Quod minimum quidem est omnibus feminibus; cum autem creverit, majus est omnibus oleribus, & fit arbor, ita ut volucres caeli veniant, & habitent in ramis ejus. 33. Aliam parabolam locutus est eis: simile est regnum caelorum fermento: quod acceptum mulier abscondit in farinae facis tribus, donec fermentatum est totum. 34. Haec omnia locutus est Jesus in parabolis ad turbas: & sine parabolis non loquebatur eis. 35. Ut impleretur quod dictum erat per prophetam dicentem: Aperiam in parabolis os meum, erudabo abscondita à constitutione mundi. 36. Tunc dimissis turbis venit in domum: & accesserunt ad eum discipuli ejus, dicentes: Ediffere nobis parabolam zizaniorum agri. 37. Qui respondens ait illis: Qui seminat bonum semen, est filius hominis. 38. Ager autem, est mundus. Bonum verò semen, hi sunt filii regni. Zizania autem filii sunt nequam. 39. Inimicus autem, qui seminavit ea, est diabolus. Messis verò, consummatio saeculi est, messores autem Angeli sunt. 40. Sicut ergo colliguntur zizania, & igni comburantur: sic erit in consummatione saeculi. 41. Mittet filius hominis angelos suos, & colligent de Regno ejus omnia scandala: & eos, qui faciunt iniquitatem. 42. Et mittent eos in caminum ignis, ibi erit fletus, & stridor dentium. 43. Tunc iusti fulgebunt sicut Sol in regno Patris eorum. Qui habet aures audiendi, audiat. 44. Simile est regnum caelorum thesauro abscondito in agro: quem qui invenit homo abscondit, & prae gaudio illius vadit, & vendit universa, quae habet, & emit agrum illum. 45. Iterum simile est regnum caelorum homini negotiatori quarenti bonas margaritas. 46. Inventa autem una pretiosa margarita abiit, & vendidit omnia, quae habuit, & emit eam. 47. Iterum simile est regnum caelorum saganæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti. 48. Quam cum impleta esset educentes, & secus litus sedentes, elegerunt bonos in vasa, malos autem foras miserunt. 49. Sic erit in consummatione saeculi: exibunt Angeli, & separabunt malos de medio iustorum. 50. Et mittent eos in caminum ignis, ibi erit fletus, & stridor dentium. 51. Intellexistis haec omnia? Dicunt ei, etiam. 52. Ait illis, ideo omnis scriba doctus in regno caelorum similis est homini patri familias, qui profert de thesauro suo nova & vetera. 53. Et factum est, cum consummasset Jesus parabolas istas, transit inde. 54. Et veniens in patriam suam, docebat eo? in synagogis eorum, ita ut mirarentur, & dicerent: Unde huic sapientia hæc, & virtutes? 55. Nonne hic est fabri filius; nonne mater ejus dicitur Maria: & fratres ejus, Jacobus, & Joseph, & Simon, & Judas. 57. Et sorores ejus, nonne omnes apud nos sunt? Unde ergo huic omnia ista? 57. Et scandalizabantur in eo. Jesus autem dixit eis: Non est propheta sine honore, nisi in patria sua, & in domo sua. 58. Et non fecit ibi virtutes multas propter incredulitatem eorum.

ARGUMENTUM CUM Remissionibus.

Christus D. in hoc Evangelio per multas parabolas explicat vim, ac efficaciam, & fructum Evangelii, ac iniquorum impedimenta ac tantum bonum percipiendum.

Primò, Vers. 3. Proponit parabolam de Sylvestra in Evang. Tom. VI.

feminante semen suum; quod est explicatum tom. 3. cap. 26. de quo fortè vide infra, Luc. 8. Secundo, Vers. 24. Superfeminatur zizania ab inimico homine; & est explicatum tom. 3. cap. 27.

Tertiò, Vers. 31. Granum sinapis, & habetur explicatum eodem to. 3. c. 8. Ubi etiam

